



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum omnia debeant dici esse in Dei essentia vt in Dei cognitione, vel
præscientia esse dicuntur. A. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

est
E
Te ab
quit,
nora
modo
cquā
out.
rant.
Ipli
tuis-
re fa-
risif-
hæc
t. Ex
om-
oni-
mpo-
sciē.
a: P
sæ.
pra-
llud,
Quia
it ea
mnia
ntia,
ritu-
quia
t. Cū
ram
uadā
g. ex
ver-
i, vel
cum

eum Deo, vel apud Deum, vel in eo vita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

VTRVM CONCEDENDVM SIT, OMNIA ESSE
se in Dei essentia, vel in eo per essentiam: vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione vel presentia.

DISTINCT. XXXVI. A

SOLET hic quæri: cum omnia dicantur esse in Dei cognitione seu presentia, vel in Deo per cognitionē, & eius cognitio vel presentia sit diuina essentia: vtrum concedendū sit, omnia esse in diuina essentia, vel in Deo per essentiam? Ad quod dicim⁹ quia Dei cognitio eius vtiq; essentia est: & eius presentia, in qua sunt omnia, ipsi⁹ cognitio est: nec tamē omnia quæ sunt in eius presentia vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si n. diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum Deo essentię. In Deo n. dicitur esse per essentiam, quod est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in presentia sua, quæ nō habet in sui natura. Unde Aug. de verbis Apostoli ita ait: Elegit nos ante mundi constitutionē. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui nō sunt: nec erat qui elegit, nec vane eligit. Eligit tamē, & habet Electos quos creatur⁹ est eligendos: quos habuit apud semetipsū nō in natura sua, sed in presentia sua. Nondū erāt quib⁹ promittēbatur: sed & ipsi promissi sunt, quib⁹ promittēbatur. Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsū habere electos ante mūdi constitutionē non in natura sua, sed in presentia sua: cum tamē eius presentia nō aliud sit quā eius natura, quia ipsius presentia eius non est notitia. Potest tamen ad electos referri, cum ait: In natura sua, id est, illorū. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sua, id est, illorum, qui nondum erant: sed in sua presentia, quia eos ita nouit, ac si essent.

Quomodo
res sunt in
Deo.

Tom. 10.
Serm. 11. nō
iōge à prin-
cipio.
Ephes. 1. a

*Vtrum mala debeant dici esse in Deo, vbi sunt omnia bona,
cum vtraque sint in eius cognitione & presentia:
omnia enim cognoscit.*

POST prædicta queritur, cum omnia dicantur esse in Deo nõ per essentiã naturæ, sed per cognitionẽ scientiæ, & Deus sciat bona & mala: vtrum concedendũ sit simpliciter mala esse in Deo, siue esse in Deo per cognitionẽ? Scit enim Deus & sciuit semper omnia, tã bona quã mala: etiam antequã fierent, & præsciuit ab æterno ea futura. Ideoq; cũ omnia bona diximus esse in Deo propter præsentia cognitionis, eadẽ ratione videtur dicendũ omnia mala esse in eo, cũ ea semper nouerit, & per cognitionẽ ei præsentia fuerint: Præcognouit nam Deus ab æterno quosdam futuros malos, & eorũ malitiam, vt ait August. præsciuit, sed non præparauit. Cum ergo peccata omniũ sciat, nunquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dixit Apoll. omnia esse in Deo? Ex ipso, inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Sed quis nisi insanus, dixerit mala esse in Deo? Illa enim esse in Deo intelliguntur, quæ ex ipso, & per ipsum sunt: ea vero per ipsum sunt & ex ipso, quorũ author est: sed nõ est author nisi bonorũ. Nõ ergo ex ipso, & per ipsũ sunt, nisi bona: ita ergo non in ipso sunt nisi bona, non ergo mala in Deo sunt: quia licet ea noscat, nõ tamẽ ita omnino noscit, vt bona. Mala ergo quasi de luce cognoscit, vt ait Propheta: Et alta à lógè cognoscit, i. superbiã. Et alibi ad Deum loquẽs de malis ait: De absconditis tuis adimpletus est venter eorũ. Quod exponens Aug. Abscondita, inquit, peccata sunt, quæ à lumine tue veritatis absconduntur. Sed quomodo peccata à lumine tue veritatis absconduntur: Sed quomodo peccata à lúine veritatis diuinæ absconduntur, cũ à Deo sciãtur? Si n. nõ sciret, quomodo de illis iudicaret, & pro illis malos damneret?

Rom. II. d

Qua intel-
ligantur esse
in Deo.

Aug. versu
1, Psal. 16:
Tom. 8.

ret? Alibi propheta, Quia neq; ab oriente neque ab occidēte deest. Quod exponēs Cassiod. inquit. Neq; à bonis, neq; à malis deest Deus: sed omnib. præiēs & cognitor est. Cognoscit ergo Deus & bona & mala, per scientiam: sed bona cognoscit etiā per approbationē, & per beneplacitum: mala vero non. Vnde Cassiod. super psalm. dicit, Peccata abscondita Deo sunt, quia non nouit, id est, approbat. Et ex eo sensu Aug. dixit ei abscondita à lumine Dei. Qui etiā in lib. ad Heluidiū insinuat cognitionē Dei variis modis accipiendā. inquit. Si ad scientiam referas, non ignorat De⁹ aliquos vel aliqua: qui tamē in iudicio quibusdam dicit. Non noui vos, sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur Deus, quæ nō approbat, quæ ei nō placēt. Apparet itaq; verum esse quod diximus, scilicet quia quodam modo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem vtraque eodem modo noscit, quantum ad notitiam: sed bona, etiam approbatione & beneplacito cognoscit.

Hic aperit quare bona tantum dicantur esse in Deo, & non mala.

C ET inde est, q̄ bona tantum dicuntur esse in Deo non mala, & illa prope. hæc longè: quia licet in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona & mala cognoscat, mala tamē nō cognoscit nisi per notitiam. bona verò non solum per scientiam, sed etiā p̄ approbationem & beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in Deo, scil. quia ita ea scit, vt etiam approbet & placeant, id est, ita scit, vt eorum sit auctor.

Quod idem est omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso.

D PROINDE si diligenter inspiciamus, idem videtur esse, omnia esse ex Deo, & p̄ ipsū, & in ipso.

O 3 Vnde

*Cassiodorus
aduersum
6. Psalm. 74.*

*Cassiodorus
aduersum
Psalm. 10.
Aug. epist.
102. ad E.
uodum non
longè à prin-
cipio 1. 1.
Mat. 7. d.*

Rom. 11 d.